ſed eſt preſumptio iuris tñ,vt in l.ſcire oportet.§.ſi.ĩ.de tut.⁊
cur.da.ab his.vbi eſt tex.mirabilis,⁊ loquuntur iura predicta
in tutore vel curatore ſe ingerente.Adde ad ſm notabile pre-
dictum Felyn.in c.in nomine domini.de teſtibus.

1 ☞Procuratorem quem eſſe in re ſua teſtibus probari põt,lʒ
inſtrumentum dicat ſimpliciter ipſum eſſe procuratorem.
2 Procurator licite retinet inſtrumenta litis,donec ſibi ſatiſſiat
de ſumptibus.
3 Inconſtantia recuſatur.
Inſtrumento ſi dicatur promitto me ratum habiturũ quicqd
per procuratorem meum legitime factũ fuerit,non videtur le-
gitima ratificatio.

a **§.Plane.** ᵃSi dicat in rem ſuam ſe cõſtitutũ,vel vel-
le retentione vti,ſeu in totũ reuocari audiẽ
dus eſt ꝓcurator reuocationẽ recuſans.h.d.cum l.ſeq.vſqʒ ad
1 §.ſi ex parte.❡†Nota quod licet inſtrumentũ innuat quẽ eſſe
ſimplicẽ procuratorẽ,tñ põt probari ꝑ teſtes qđ eſt ꝓcurator
in rẽ ſuã.❡Itẽ no.qđ ꝓcurator licite põt retinere inſtrumẽta
2 †⁊ acta litis,donec ſibi ſatiſſiat de ſumptib⁹.ᵇ❡†Itẽ not.qđ
b incõſtãtia põt reprobari.Cõcordãtie ſunt in gl.Dic vt ꝑ Dy.
3 in c.qđ ſemel placuit.de reg.iur.lib.vj.Facit in argumentũ,qđ
c ſi in inſtr̃o contineatur,promitto me habere ratuʒᶜ quicquid ꝑ
procuratorẽ meũ legitime factũ fuerit,vel aliqd aliud ꝯtinens
taxationẽ,qđ nõ videat̃ legitima ratificatio,q̃ vel in totũ dʒ re
probare,vel approbare.tangit̃ per glo.in c.j.de procu.in cle.in
gl.in ꝟbo,debito modo.❡Vlt.no.gl.ſup verbo,pretoris.in l.
in cauſe.ĩ.e.qđ iſta cauſe cognitio fiet ꝑ iudicis officiũ mercena
* riuʒ abſqʒ libello,de qua loquit̃ hec l.⁊ l.poſt litem.ſ.eod.*

ADDITIONES.

a P.PAV.P.❡Plane.Vide Alex.in l.qui bona.§.ſi alieno.ĩ.de
dam.infec.Iaſ.in l.ij.ĩ.de offic.proc.ceſa.⁊ in l.ſi procurator.ſ.
de ꝓcu.per Cyn.Bal.⁊ alios vbi etiam late Iaſ.ponit.
b POM.❡Sumptib.Vide aliquas remiſſiones per Alexã.l.ſi
ex toto.§.ſi.de le.j.⁊ vide Alex.conſi.cxxx.
c ALEX.❡Habere ratum.Si promitto me ratũ habiturũ,qc-
quid ꝑ procuratorẽ legitime factũ fuerit,⁊ ſimiliter conſtituo
ꝓcuratorẽ cũ hoc,qđ nõ intendo obligari,niſi vtiliter ꝯtrahat,
non valet,ſm Bal.in rubric.C.de exce.⁊ adde Bal.l.cũ mãda-
ti.C.mand.⁊ in l.ſi procurator.in ſi.C.eo.Adde Ro.conſi.lx.
* CLAV.❡Eod.Adde Rom.in l.qui bona.§.ſi alieno.ĩ.de dã.
infec.Ang.§.preterea.Inſti.de excep.vbi etiam idem tʒ.Vide
Aret.in l.iiij.§.Cato.ĩ.de verb.obli.Prepoſ.in c.ſolicitudinẽ,
de appell.

LEX XXVII.

1 ☞Iudicij tranſlatio ante litem conteſtatam põt ſola domini
voluntate fieri.
2 Ceſſio inter abſentes põt fieri in his caſibus,in quibus ꝯ̃ctus
per aliquem ſit,per quem ceſſio fieri poteſt inter abſentes.

**IN cauſe cognitione.**

**§.Si ex parte.** Stipulatio iudicatum
ſolu.cõmittitur ſiue a do
mino in procuratorẽ,vel econuerſo in aliuʒ procuratorem iu-
* dicium transferat̃,⁊ in iudicio per ꝓcuratorem*queritur do
mino vtilis actio.h.d.❡Opp.qđ tali facta mutatione extin-
guatur ſtipulatio,vt l.ſi ante acceptum.iudica.ſolui.Gloſ.ſol.
dic vt in ea.❡Ad finem opponitur,⁊ videt̃ qđ per liberaʒ per
ſonam actio non querat̃,vt l.poſſeſſio.§.⁊ ſi poſſeſſio.de acquirẽ
a da poſſeſſione.ſolutio.ſpeciale eſtᵃ in iudicijs.Sũt ⁊ alia ſpẽalia
que ponuntur Inſti.de inu.ſtipu.§.ſi quis alij.Dixi plene in
1 l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis inſulam.ĩ.de verb.obliga.❡†Ve
b ad verſi.transferri.quero qñ iſta tranſlatioᵇ fiet,⁊ qualiter
glo.dicit qđ ante litem conteſtatam,ſola domini volũtate,po
litem conteſtatam oportet quod procurator cedat ius inſtã
vide glo.⁊ nota.Alium modũ transferendi habuiſtis.ſ.eod.
2 mutari.⁊ ibi dixi.†Sed queroᶜ vtrũ iſta ceſſio poſſit fieri int
c abſentes?ᵈ Gl.quod ſic,*ſicut quelibet procuratio,aliud in
d legatione,vt C.de nouationib.l.j.Iſtud qđ dicit de ceſſione in
* telligas verũ qñ conſtituit procuratorem in rem ſuam,⁊ ſic a-
ctiones mandantur.Sed ad hoc vt fiat ceſſio,per q̃ trãſeunt
vtiles,ſm ea que not.in l.vltima.C.quando fiſcus,vel priua
ma.de actionibus ⁊ obligationibus.nõ eſt verũ ſimplr qđ poſ
ſit fieri inter abſentes.Nã in ceſſione requiritur cã,vt l.p di
uerſas.⁊ l.ab Anaſtaſio.C.mandati.Et ideo eſt videndũ vt
ꝯ̃ctus,ꝑ quẽ ſit ceſſio,ſit talis,q̃ poſſit celebrari inter abſent
vt emptio ⁊ vẽditio,⁊ tũc ẽt ceſſio poterit fieri inter abſentes
⁊ erit neceſſe ſemper interuenire nuncium,vel epiſtolã,vt l.co
ſenſu.ĩ.de actionibus ⁊ obligationibus.

ADDITIONES.

* CLAVD.❡Per procuratorem.Quid autem in geſtis co
arbitro,vide Rom.conſi.lxxxvj.
a P.PAV.P.❡Speciale eſt.Pro declaratione ⁊ ampliatio
iſtius regule vide Alex.in l.poſſeſſio quoqʒ.§.⁊ ſi poſſeſſio.d
acquirenda poſſeſ.
b ALEX.❡Tranſlatio.⁊ qñ vtilis vt directa trãsferat̃ in do
minum vide Bar.qui plene declarat in l.j.C.de ſententijs.
c POM.❡Sed quero.Vide Romanum conſi.lxxxvj.ꝑ totum.
d ALEX.❡Fieri inter abſentes.An ceſſio poſſit fieri inter ab
ſentes.vide Bar in l.ſi eum hominem.ĩ.de fideiuſſorib⁹.Adde
qđ Bal.in c.j.de benef.fra.dicit nota.ad queſtio.de eo q̃ ꝓmiſit
iura cedere ſub pena,⁊ ille eſt abſens,⁊ non incidit in penam:q̃
ſine culpa non dʒ puniri.dicit tamen glo.hic q̃ ceſſio põt fieri
abſenti per nuntium,vel epiſtolam ſicut mandatum.vel fiet in
manibus tabellionis recipientis noĩe eius ſm Hoſtien.extra d
pign.capitulo,ſignificante.Bal.in d.c.j.⁊ ibi dt,qđ qui cedit a-
ctiones,non dr ſoluere.Alleg.gl.not.in l.legaui.in fine gl.ma-
gne,de liberatione lega.vbi nõ dr ſatiſfactum illi,cui iura ſun
ceſſa,⁊ qđ poſſit fieri ceſſio abſenti,tʒ ẽt Bal.per gl.ſingula.hi
in l.j.de action.⁊ obligationib⁹,⁊ in l.acceptaʒ,in xij.queſtione
C.de vſu.⁊ latius in l.ꝑ diuerſas in xiij.qõ.C.mãdati in l.ex le
gato.C.de legatis.Io.And.in Speculator.de ceſſ.actio.§.ſi.i
principio in additione que incipit,⁊ Pet.de Ceruotis.❡E
de qđ ceſſio non poſſit fieri abſenti.Rom.conſi.lxxxvj.
* CLAV.❡Quod ſic.De veritate huius glo.vide ꝑ Alex.in
apud Iulianum.§.vtrũ aũt.ĩ.ad Treb.⁊ Rom.conſil.lxx

LEX XXVIII.

1 ☞Procurator in iudicialibus querit dño vtilem actionem.
2 Procurator conſtitutus ad agendũ,non poteſt executione
ſententie petere,niſi ſit procurator generalis ad lites preſen
⁊ futuras.
3 Domino quare ꝑ procuratorẽ queritur,⁊ dñs non obligatu
a **SI procurator.** ᵃEx ſtipulatione pro
ratoris,⁊ ex ſnia proc
lata dño competit vtilis actio,⁊ ſimplex procurato
nõ poteſt agere iudicati.h.d.Item procuratoris v
defenſoris ꝓmiſſio dño non preiudicat.h.d.⁊ eſt notab.iſta le
1 Not ex principio huius l.qđ † in iudicialibus queritur ꝑ pro-
2 curatorem dño vtilis actio,vt dixi ſ.l.proxima.❡†Scđo no.
qđ procurator datus ad agendum,non poteſt agere iudicati,
nec poteſt petere executionem ſententie,niſi ei hoc ſpecialiter
b ſit iniunctum ⁊ mandatum,vel ſit procurator in rẽ ſuam vt hic
apparet.Ratio eſt,q̃ ſententia lata finitum eſt mandatum ſib
factum ad agendũ,⁊ agere iudicati,vel petere executionem,e
noua lis,ad q̃d non hʒ mandatum.Et ideo ſi eſſet procurato
generalis ad lites p̃ſentes ⁊ ad futuras,bene poſſet petere ex
cutionem ex virtute mandati generalis,nõ ex virtute iuris d
recto ſibi queſiti per ſententiam latã pro eo.hoc plene dixi i
l.hoc iure.ĩ.de ſolutionibus.Contra predicta facit iſte tex.q
dicit me inuito,⁊c.quaſi poſſit agere,niſi dñs contradicat.S
lutio.expone,me inuito,hoc eſt,me nolente,vt patet ex infer
ribus.Et ſimilis expoſitio ſit ſupra.l.proxima verſi.ceteru

ver

3 ¶ † Uenio ad verſi. per contrarium, ꝛ quero que ſit rō quod
per procuratorem queritur domino, non autem dominus obligatur?
Reſpōdeo quia ſi procurator promittit iudicatū ſolui,
facit id quod dominus facere nō tenebatur, quia nemo ſuo nomine
conuentus cogitur ſatiſdare. vt inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie.
Secundū hoc opʒ quod iſta lex intelligatur in ꝓcuratore promittente
cum cōueniebatur alia actiōe quam reali: nam in reali
cogebatur ſatiſdare de iure antiquo, vt l. ſi eum hominē. j̄. de
fideiuſ. ꝛ per Dyn. ꝛ per glo. in l. Julianus. s̄. qui ſatiſd. cog. ꝛ
tex. in d. §. ſʒ hodie. qui facit mentionem de iure antiquo Digeſtorum,
non de iure antiquiſſimo ſecundum verā opin. Itē hoc
intellige quādo procu. non habuit mandatum ad ſatiſdādum
alias domin⁹ teneretur ſicuti ex cōtractu inſtitoris, vt j̄. de inſtito.
per totum. facit l. Julianus. §. ſi procurator. de act. empt.
c ¶ Ultimo videtur quod ratio poſita in l. nō ſit bona, vt gloſſ.
dicit. Tu dic quod poteſt eſſe bona ratio ſic formando eam, quā
do dominus poteſt conueniri iudicati, tunc nō tenetur ex ſtipulatione,
vt in procuratore dictū eſt, multo min⁹ hic poterit conueniri
ex ſtipulatione, quando nec iudicati poterit conueniri.

ADDITIONES.

a AND.BARB. ¶ Si procurator. Fallit in cauſa ſing. ſecundum
Ange. in l. actoris. j̄. eo. Uide Bar. in l. hoc iure. j̄. de ſol. ꝛ vide
caſum ſing. in l. filie. eo. tit.
b ALEX. ¶ Spāliter ſit. Ad hoc vide quod dixit Bar. ibi, per id
qđ habetur in l. apud Celſum. §. ſi mandaui. de doli exce. ꝛ que
no. Bar. in l. procurator in rē ſuā. j̄. eo. ꝛ in l. hoc iure. j̄. de ſolu.
c ALE. ¶ In ſi. legis. Adde quod iſtū vltimū huius litere terminū
limitat quidā, niſi talis procurator rei faceret vel promitteret
iudi. ſolui, conſentiēte domino, qꝛ tunc obligaret dominum
ex iudicio, ſʒ nō ex cōtractu, qꝛ patientia habet vim mādati.
c. ex parte. de reſcr. ꝛ quod no. in l. qui mutuam. §. non ideo. j̄.
man. quod tamen eſt verum, ſi defenſor veniebat cum mandato,
ſecus ſi ſine, vt no. in l. ſolutum, ꝛ in l. venditor. j̄. de iud.

LEX XXIX.

☞ Oppoſitio, Dominus eſt te legalior, an valeat.
3
1 Dominus quando ſcit melius veritatem quaʒ procurator, tūc
cogitur vt legalior compareat.
4 Legaliorem aliquem allegāti pro eius fundamento, incūbit
onus probandi.

a Si actor. ᵃ Iſta eſt bona ꝛ no. lex, ꝛ breuiter
hoc intēdit, Poteſt qs eligere dominum
potius quā procuratorē in rem ſuā ſi eū putat
legaliorē. h. d. Quero exēpla huius l. primo ponit
exēpla. per l. de illo. de nox. ꝛ de pe. her. l. etiā. §. itē ſi qs dolo.
ꝛ de iſtis exēplis nihil dicit gl. ſed trāſit ad aliam poſitionē
ꝛ ponit caſum in eo, qui cōuentus vendidit cauſa mutādi iudicium,
vt in gl. Iſtā lecturam gl. reprobat, qꝛ in l. illa nō venit vt
procurator in rem ſuam, ſʒ vt domin⁹. Iſta eadē reſponſio congruit
b exemplis poſitis in legi. allegatis in prin. ¶ No. iſtā l.ᵇ
* cum gl.* quod in caſibus in quibus aliquis venit ad defendendum
1 †alium pro ſuo iureᶜ, ꝛ ſuo intereſſe, non ex mandato, qđ
c hʒ a cōuēto, nō poteſt ei opponi quod domin⁹ eſt legalior, nec
habet locum diſtinctio huius l. vt in oībus exēplis s. poſitis.
quod bñ no. ¶ Secūdo ponit gl. caſum in emptore hereditatis,
vbi licet creditori cōuenire eū vel heredē. Iſtud reprobat
glo. qꝛ nō pōt creditor cōuenire emptorem niſi ſpōte velit, vt l.
ij. C. de her. vel act. vē. poſtea ſuſtinet quod imo poſſem eum conuenire,
per l. ſi quis in reʒ. j̄. eo. licet nō principaliter. Finaliter
gl. iſtā damnat, qꝛ etiam reconueniri non poteſt, cū ſit procurator
in rem ſuam, ex cauſa non lucratiua, vt l. ſi quis in rem ſuaʒ.
j̄. eo. Hug. in apparatu ſuo, ꝛ Jac. But. poſt eū tenent iſtā opi.
dicebant quod hic emptor ſpōte ſe offerebat ad defenſionem, tamen
actor pōt, ſi vult, potius heredem eligere quā ipſum, licet
ſit procurator in rem ſuam, ꝛ eſt optima. ¶ Tertio mō ponit
gl. caſum vt in gloſ. iſta eſt etiam bona lectura. ſed lec. precedēs
melior. Pone ergo caſum ſimpliciter. Cum cōuenirem aliquē,
venit aliquis ad eum defendendum tanquam procurator in rē
ſuam, volens quod ad eū ſpectet cōmodū vel incōmodū. Certe
ſi actor vult, poteſt potius eligere dominū, quā ipſum ꝓcuratorē,
vt hic. ¶ Opp. gl. ergo ſecundū hoc nihil refert facere ꝓcur.
in rem ſuā. Solue imo, qꝛ hec lex dʒ intelligi quādo ꝑſona
domini eſt legalior, aliter nō, vnde ſup hoc diſputabitur, arg. l.
vlt. C. eo. ꝛ iſte eſt intellectus gloſſe. Contra iſtam l. eſt l. j. s̄. eo.
§. vſus, vbi qui nō vult per ſe defendere poteſt ꝑ procuratorē.
Itē ʒ l. iſtam eſt, qꝛ inuitū poteſt qs defendere ꝛ liberare in iudicio,
2 vt j̄. tit. ij. l. ſoluēdo. ꝛ de ſol. l. ſolutionē. † Ad horū declarationē
dicas quod qū quis venit ad defendendū aliū tanꝙ defenſor
animo nouādi, ꝛ reū principalē liberādi, ꝛ actor eū admittit,
tūc poſtꝙ eſt admiſſus, nō pōt eū eligere, qꝛ iā liberat⁹
eſt. d. l. ſoluēdo. ꝛ d. l. ſolutionē. Aut eū nō vult admittere, ꝛ nō
cogiť qs talē iſto mō admittere, vt l. ſi mandato. §. j. j̄. mā. ꝛ no.
per doc. C. vbi in rem acti. l. j. in j. q. lʒ cōtrarium dicat gl. in l. liberto.
in fine. j̄. de neg. geſt. ꝛ ibi dicā, tangiť in l. nō ſolū. ī prin.
j̄. e. Aut venit ad defendendū eum tanquā ꝓcurator in rē ſuaʒ,
nō vt principalis liberet, ꝛ actio nouet, ꝛ tūc habēt locū ll. iſte
d vt in initio litis diſputetur que ſit legaliorᵈ ꝑſona, hic eſt caſus
dū dicit dominū poti⁹ conueniri, ꝛc. Et ſic antequā euʒ vt procuratorē
recipiat. Poſtꝙ enim eſſet acceptus, vt ꝓcurator in
rem ſuā, nō poſſet actor petere dominū venire ad aliquē articulum,
qꝛ cōfeſſio rei nō dʒ ꝓiudicare huic ꝓcuratori in rē ſuam,
poſtꝙ notū eſt aduerſario, ar. l. iij. j̄. de noua. ꝛ ꝑ Dy. in l. ſeruū
filij. §. j. j̄. de le. j. ꝛ s̄. de trā. l. ſi. ꝛ qđ no. in l. ſi cū emptore. in prin.
s̄. de pac. ꝛ ibi dixi. Si vero venit tāquā ſimplex ꝓcurator, tūc
nō dʒ admitti illa diſputatio, que ꝑſona ſit legalior, qꝛ pōt indiſtincte
ſe defendere ꝑ aliū, vt l. j. §. vſus. s̄. eo. Sʒ ſi in iudicio
3 †eſſet faciēda aliqua interrogatio, de qua noſceret dñs meli⁹
veritatē quā ꝓcurator, tūc poſſet iuberi qđ ꝑſonaliter veniret
dñs. Hic eſt tex. in l. ſi. C. eo. vel debet mitti ad dñm vbi eſt, vt l.
generaliter. §. his de preſentibus. C. de rebus credit. ꝛ iureiur.
Et hoc patet ex eo quod procurator in rem ſuam iurat ipſe de
calum. vt not. in l. non ſolum. in prin. j̄. eod. ſed procurator ſimplex
nō, vt l. ij. §. ſi autem affuerit. C. de iur. cal. ideo in perſona
procuratoris in rem ſuam ab initio de hoc diſputatur, ne actori
preiudicium paretur. Quandoque quis venit ad ſuſcipiendum
iudicium in ſe ſuo nomine, non tanquam procurator ſimplex
vel in rem ſuam, neque tanquam defenſor per quod alius
quem actor volebat conuenire, liberatur, ꝛ tunc iſta diſputatio
que ſit idoneior perſona, nō admittitur, vt in caſib⁹ poſitis in
princip. gloſſ. Probatur in l. ſed ꝛ ſi lege. §. item ſi res. j̄. de pet.
here. Predicta vera in procuratore in rem ſuam ex parte rei.
Quid ſi ex parte actoris? Jaco. But. dicebat idem, vt ante li.
conteſt. poſſit reus excipere ꝛ diſputare de legalitate perſone,
per hanc legē. Poſtquaʒ autem reus ipſum admittit, vt procuratorem
e in rem ſuam, non poſſet petere vt veniatᵉ principalis,
quia eius factum procuratori in rem ſuam, non debet preiudicare,
ꝑ ea que dicta ſunt. Pro hoc j̄. de alie. iu. mu. cau. fac. l. pe.
ꝛ fina. Et iſtud puto verū licet Cy. videatur in d. l. ſi. dicere ſimpliciter
aliud eſſe in procuratore in rē ſuam, ex parte actoris.
4 ¶ † Quero, actor dicit dominū legaliorem, procurator in reʒ
ſuam dicit ſe legaliorem, cui incumbit onus probandi? Gl. vlt.
tetigit, ꝛ non ſoluit. Reſpon. ei qui allegat aliquem eſſe legaliorem
ad fundandam intentionem vel exceptionem ſuam, incumbit
probatio, vt j̄. de prob. l. ei qui. ꝛ s̄. qui ſatiſ. cog. l. ſi vero. §.
5 qui pro rei. ꝛ ibi gloſſ. † Sed qualiter probabiť vnum eſſe legaliorem
altero, glo. in l. ſin. C. eod. videtur dicere quod ille quantum
ad hoc videtur idoneior qui melius veritatē nouit. Sed illa
gl. procedit in procuratore ſimplici, qui ſemper tenetur facere
cōparere principalem in his in quibus melius nouit veritatē,
cū ipſe de calumnia iurat, ſed in procuratore in rem ſuā non
procedit. Debet ergo probari quod ꝑſona domini ſit legalior,
perſona procuratoris in rem ſuam ſit durior ex cauſis que ponuntur
in l. j. in fin. ꝛ l. ſeq. de ali. iu. mu. cau. facta.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si actor. Per iſtū tex. ꝛ ſimiles decidit Bar. ꝛ Dy.
queſtionem no. de qua per Ro. in l. ſi. §. ſi. j̄. de appel. per iſtum
tex. ꝛ an habeat locum in ceſſionario agente, vide per Gui. de
Suza. in l. procurator. C. eod.
b AND. BARB. ¶ No. iſtam legē. Et pro gl. iſta, vide Bal. in l. ex
legato. C. de leg. ꝛ in l. pe. §. cum aucē. C. ad Treb. ꝛ in c. j. de denen.
fra. ꝛ in l. per diuerſas. C. mā. ꝛ in l. j. C. de act. ꝛ ob. ꝛ in ru.
extra, de lit. conteſt. remiſſi. ad Bar. in d. l. per diuerſas.
* CLAV. ¶ Cū gl. Sequitur Paul. Caſtrē. in l. j. C. vbi in rē act.
c ¶ Suo iure. Pro concordia aduerte ſi iudex vult quod aliqs
ex litigātib. compareat perſonaliter reſponſurus poſitionib⁹,
vel ſimilibus audiētia poteſt denegari ꝓcuratori, quaſi dominus
ſit legalior, ꝛ melius inſtructus. Bar. in l. ſin. C. de procu.
contrari⁹ tamen alle. in hac l. ſi actor. ſol. in hac l. ſi actor. loquiť
Barto. quando quis venit ad defendendum, non ſimpliciter vt
procurator, ſed tanquam pro iure ſuo, quod dicit menti cōmendandū,
ſecus ſi ſimpliciter. ꝛ ita loquitur in d. l. ſi. Adde not. in
c. j. de confeſſ. in vj. per Joan. And. in gl. Aliter dici poteſt, quia
ſi procurator ſpecialiter ad ſic reſpondendū, informat⁹, ꝛ miſſus
a domino, ꝛ ita procedat ſecūda opin. alias ꝓcedat prima.
dicta l. ſi. Ita Barto. in l. qui bona. §. qui alieno. j̄. de dam. infe.
In criminia. aūt vide Bar. ꝛ doct. in l. ij. §. defendi. j̄. ex quibus
cauſis in poſſ. eatur.
d ALEX. ¶ Legalior. Sʒ qđ ſi dñs cōpareat ꝑ ꝓcuratorē min⁹
legitimū, an videat ꝯtumax, vide Bar. in l. ij. §. defen. ex qb. cau.
in poſ. ea. ꝛ ꝑ ea que dicūtur dicebat Bal. in l. j. de ſen. qđ lʒ pc.
poſſit eſſe infamis, §. ſi. Inſti. de exce. tamē aduerſarius nō pōt

rogi reſpõdere eius poſitionibus, quia principalis perſona eſt legalior, quam procurator, qui non eſt bone fame.

c ALE. ¶ Ut veniat. Et alle. Cy. gl. l. procuratore in rẽ ſuã dato. j. eo. vide tamen Bal. ⁊ Raph. hic, cõcordantes cuꝫ Bar. ⁊ vide gl. not. ⁊ quod ibi habetur in l. ſolemus. j. de iudi. ⁊ probatur in l. Stichum aut Pamphilum, in fi. de nouati. ⁊ quod habetur in l. ſed ⁊ ſi l. §. item ſi rem diſtraxit. de peti. heredi.

### LEX XXX.

**Actoris.** Hic ponitur caſus vnus ſpecialis, in quo ꝑcurator poteſt agere iudicati.

### LEX XXXI.

1 ☞ Procurator condemnatur nomine procuratorio.
2 Exceptio non fit in procuratorem, niſi ſuccedat domino.
3 Procurator interueniens etiam poſt litem conteſtatam condẽnatur.
4 Procurator tenetur actione iudicati directa, licet non efficaciter, ⁊ per ſucceſſionem efficitur efficax.

**Si quis.** Si procurator ſuccedat cõdemnato in eum fit executio, ⁊ pro portione hereditaria repetet a coheredibꝰ. h. d. ¶ † Not. modum
1 condemnandi procuratorẽ. ſ. condemno te procuratorio nomine Titij, vt hic in prin. Quod intellige quãdo effectus
condẽnationis hoc patitur, alias ſecus, vt notat. in l. nihil. C. eo.
2 ¶ † Secundo not. qd in procuratorẽ non fit executio, niſi ſuccedat
3 dño. Videbitis in l. Plautius. j. eo. ¶ † Tertio no. qd ꝑcurator interueniẽs etiam poſt lit. conteſt. cõdẽnatur, vt hic colligit gl. dixi in l. furti. §. ſi qs alieno. ſ. tit. j. ¶ Opp. qd non poſſit agi mandati. qr mandatũ eſt morte finitũ. Sol. gl. teneas primã
4 quia mãdatũ fuit a defuncto, vt tex. innuit expreſſe. ¶ † Quero quãdo fit executio in procuratore, vtrum fiat tanquam in heredem domini, an vigore directe actionis qua tenebatur? Glo. dicit etiam vigore directe poteſt fieri. Ita dicit gl. ij. ſuper ver. recuſabit. Veritas ergo eſt, qd procurator tenetur actiõe iudicati directa, licet nõ efficaciter, que tamen efficitur efficax per ſucceſſionẽ, vt hic, ⁊ in §. additio. allegato in glo. Itẽ habet directã actionem, iudicati licet inefficacem, vt ſ. eo. l. ſi procurator.

**§. Unius.** No. quod ſi plures habẽt vnam rem, omnes
a poſſunt dare vnum libellum,ᵃ vel conueniri
vno libello, quod apparet hic dũ dicit vnius litis. Facit ad hoc l. Item quod. §. Caſſius, ⁊ quod ibi dixi j. de aqua plu. arcenda. Pro hoc j. de iud. l. nõ idcirco, ⁊ de re iu. l. de vnoquoqꝫ. ¶ Secundo nota, quod quilibet poteſt dare ſuum procuratorẽ. Ad hoc opp. j. iudi. ſol. l. iam tamen. §. ſi tamẽ plures. Glo. ſoluit, ex qua no. ſemper aduertẽdum eſſe vtrum cauſa ex qua agitur, habuit initium in vna perſona, an in pluribus. vt in primo requiratur vnus procurator, in ſecundo plures, ⁊ loquitur iſte §.

### ADDITIO.

a ¶ Unum libellũ. An plures poſſunt vno libello cõueniri, ⁊ an plures poſſint vnum, vno libello conuenire. Ro. conſi. ccl.

1 ☞ Procurator primus lite conteſtata non videtur reuocatus per conſtitutionem ſecundi.
2 Curator ad lites eodem modo reuocatur prout reuocatur procurator.
3 Maritus poteſt dari curator vxori ad litem.

a **§. Julianus.** ᵃPer cõſtitutionẽ ſecũdi ꝑcuratoris videt̃ reuocari primꝰ. h. d. Opp. C. de teſt. tu. l. ⁊ ſi a patre. ſol. gl. ⁊ bene hic ⁊ ibi. ¶ Secũdo opp. j. de l. cum, ſemel. Gloſſa ſolu. primo aliud in curatore, vt ibi, aliud in procuratore, vt hic. Secũdo ſoluit quod idem fit in procuratore ⁊ curatore ad litem, qr poſt lit. cont. non poteſt reuocari ꝑcurator ſine cauſe cognitione, vt l. poſt litem. ſ. eod. ſic nec curator ad litem, vt l. cõtraria. ⁊ iſtam tenet Dyn. ibi. ¶ Ex hac ſol. no. duo. Primo quod iſte §. loquitur in ꝑcuratore facto ad extraiudicialia, vel ad iudicialia ante litem conteſtatã. Nam poſt lit.
1 † conte. non videtur reuocatus per conſtitutionẽ ſecundi, quia hoc non poteſt fieri, vt ſ. ſine cauſe cognitione. ¶ Secundo no.
2 † eodẽ modo reuocari curatorẽ ad litẽ, ꝓut reuocat̃ ꝑcurator, quod eſt no. Nam curator ſimpliciter datus non poteſt reuocari, nec alius ſibi adiũgi niſi cauſa cognita, vt l. curatorem. C. qui dar. tut. poſſ. ⁊ ſic differt a procuratore. Secus in ꝑcuratore ad
3 litem ante litem conteſtatam. vt hic videtur. Item facit † quod licet maritus nõ poſſit eſſe curator vxoris, vt C. qui dari tuto. poſſunt. l. maritus. tamen poterit dari ad litem, ſicut poteſt eſſe procurator. quod dic vt ibi per doctores.

### ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶ Julianus. Quid autem ſi producantur duo inſtrumenta procuratorum eodem die confecta, ⁊ non appareat quod prius confectum ſit, vide Rom. ſingu. ccluij. incip. tu habes. vbi concludit poſt multa, qd iſta mutuo ſe confundunt. Item quod iſte tex. nõ procedat cum primus procurator eſt ſpecialis, ſecũdus eſt generalis. vide Tre. ſingula. cv. alias cvj. AND. BARB.

¶ Sed pone quod nõ appareat quis primo, vel ſecundo fuerit conſtitutus, vtrum ſe confundãt? Dic quod ſic. gloſ. eſt ſing. in c. ſi qs iuſto. de ele. in vj. ⁊ ita fuit deciſum Rome, vt refert Jo. in ſuis no. ⁊ fallit in caſu ſing in l. quoniam Augerio. C. de cõue. fiſ. debit. lib. x. ſecundum Bal. in l. ij. C. ne fiſ. vel priua.

### LEX XXXII.

1 ☞ Clauſula quod non ſit melior conditio occupantis.
3 Procuratores ſi ſunt plures cõſtituti, nec fuit dictuꝫ inſolidũ, quando quilibet admittatur pro parte.

a **Pluribus.** ᵃPer iſtam l. apponit̃ in inſtrumẽtis iſta clauſula † quod nõ ſit
1 melior cõditio occupãtis, ⁊ qd per vnũ ceptũ fuerit alius poſſit proſequi, ⁊ finire, de quo habemꝰ hodie
b expreſſum in ca. ſi duoᵇ. de procur. lib. vj. * † Querit gloſſ.
* quomodo dicitur occupari? Reſpõdeo quod per litem conteſtatã,
2 hoc innuit tex. dum dicit petijt. qd importat conteſt. lit. vt l.
amplius. j. rem ratam hab. ¶ Cõtra hoc opp. de l. ſi quis a multis. j. de noxa. Gl. non ſoluit. Dic, hic tractatur de preoccupatione officij, ibi de alio preiudicio generãdo, vt not. per Dyn. de lega.
3 j. l. ſi pluribus. ¶ † Quero, qd ſi dediᶜ plures ꝑcuratores, nec
c fuit dictum inſolidũ? Dicit gloſſ. quod quilibet admittetur pro parte. Et eſt expreſſum in d. c. ſi duo. de procu. lib. vj. Cõtra hoc facit l. creditor. §. duobus. j. manda. gl. dicit quod ibi fuit dictuꝫ inſolidum. Tu dic quando mandatur vnum, vel plura negotia particularia, tunc non intelligitur inſolidũ, niſi dicatur, vt hac glo. ⁊ d. c. ſi duo. Sed ſi mandatur negotium vniuerſale, tunc ſecus, vt l. j. §. ſi plures. j. de exer. ⁊ ibi dixi. ita poteſt itelligi d. §.
4 duobus. pro hoc j. de cur. bo. dan. l. pe. ¶ † Quero quid ſi dati
d ſunt duo procuratores, ⁊ vnus cõfitetur, ⁊ alius negatᵈ? Dic vt de hoc per Inn. extra de procu. c. in noſtra. in j. gl. ⁊ per Dy. in l. cõſilio. in fin. de cur. fur. Et vide circa hanc l. d. c. ſi duo. vbi hec lex, ⁊ eius materia declaratur.

### ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶ Pluribus. Iſta clauſula nullam habet vim, aduerſario contradicente, vel abſente. dictũ eſt Jo. And. in c. in nomine domini. extra de teſt. Ro. ſing. ccxlvj. inci. conſtituuntur duo procuratores inſolidum, licet vno preoccupante, alius non admittatur. c. ſi duo. de procu. in vj. Si tamen alius procedat, ⁊ ſibi non opponatur, valet proceſſus ſm Jo. And. in d. c. ſi duo. ſequitur Aret. in d. l. ſi pluribus. j. de le. j. vbi etiam habes, quare requiratur litis conteſt. in procuratore, ad inducendum preoccupationem, ſecus in iudice.

b ALEX. ¶ Si duo. Ad intellectũ d. c. ſi duo. vide Bal. ⁊ do. Jo. in l. ſi ita. de iniu. teſt. in l. fin. Bart. in l. iij. in fi. ⁊ quod ibi dixi infra iudi. ſol. ⁊ adde tamẽ no. quod ſi datum eſt vni generale mãdatum, poſtea detur ſpeciale alteri, quod hoc non derogat primo, ſed importat ordinem, vt ſi nõ fiat per habenteꝫ ſpeciale mãdatum, fiat diligentia habentis generale. text. eſt not. ⁊ ibi gloſ. in l. quoniam Augerio. de conue. fiſc. deb. lib. x. ⁊ Bal. in l. ij. C. quando fiſc. vel pri. ⁊ vide Bal. in l. ſi quando. in viij. q. C. de teſt. quod ſi duo ſunt conſtituti cum clauſula, quod non ſit melior cõditio preoccupantis, ⁊ vnus ſit lit. conteſta. vtrum alius poſſit citari. vbi allega. Joann. Andre. in capitulo, in nomine domini. de teſtib.

* CLAV. ¶ Lib. vj. Limitat ſingulariter Ymol. in l. ſi ita facta. j. de iniuſt. rup. niſi dixiſſet, Conſtituo Titium, ⁊ Meuiũ, ⁊ eoꝝ quemlibet. quia virtute vltime clauſule intelligitur inſolidum. ⁊ vide circa hoc Aret. conſi. lxvj. in j. dub.

c AND. BARB. ¶ Quero quid ſi dedi. Quid ſi non ponitur dictio inſolidum, ſed equipollens? Dic quod idem, ſecundum domi. Joã. in d. cap. ſi duo. ⁊ ibi per Moder. argu. cap. cum in plures. de offi. deleg. in vj. Et quid ſi nõ apponitur dictio, quilibet, quia dicit conſtituo procuratores inſoliduꝫ, nec dixit quemlibet, dic quod idem, caſus eſt no. in d. c. ſi duo. ſecundum domi. de Ro. in antiquis deci. ccxcvj. Quid ſi dati ſint duo procur. in diuerſis inſtrumentis, Joan. Andr. in addi. in §. alleg. in gloſſ. in dicto cap. ſi duo. ver. item quod licet. cõcludit quod ſi non eſt facta reſeruatio, nullus admittitur. arg. cap. duobus. de reſcript. in vj. ⁊ facit de producente ſecundum teſtamentum. ⁊ vide Pet. in dicto ca. ſi duo. vbi etiam recitat q. Bald. hic, ⁊ eum ibi ſequitur de heretico Marcheſano, ſtante Bonon. quod ſi inquiſitor Bonon. incepit inquirere, ⁊ poſtea inquiſitor Marche. ꝓceſſit ad ſententiam ante inquiſitorem Bonon. quod nihilominus dicitur preuenta iuriſdictio. ⁊ publicatio bonorum ſpectabit ad Bonon. fiſcum, arg. cap. penul. de for. comp. ⁊ l. ſi quis poſtea. j. de iudicijs.

d P.PAV.P. ¶ Et alius negat. Vide Bal. in l. j. C. de confeſ. gloſ. ⁊ omnes in c. ſi duo. de procu. in vj.

## LEX XXXIII.

**Seruum quoque.** Seruus ⁊ filiusfa. poſſunt conſtituere
procuratorem in his que ipſi facere poſſunt. h. d.
1 Procurator in crimine publici iudicij vbi imponitur alia pe
na quam pecuniaria nõ poſſit interuenire.
2 Penis in arbitrarijs illud eſt certũ quod eſt vſitatum.
3 Abſente aliquo vbicũque poteſt contra eum procedi, quilibet
etiam ſine mandato admittitur ad oſtendendum eius innocen
tiam. ⁊ num. 5.
4 Iudex ex officio debet perquirere de innocentia inquiſiti.
6 Cautela cõtra iudices qui petunt principalẽ tanquam melius
inſtructũ, arbitrariũ eſt iudici, an faciat comparere principalẽ.
7 Abſentem ad excuſandum quod quis admittatur, prodeſt, ꝙ
proceſſus factus eſt nullus.

§. **Publice.** Iſte §. ſummat ſeipſuz, ⁊ diuidit per gl.
in tres partes, vt i ea patet. ¶ Opp. ad
a crimẽ[a] publici iudicij fruſtra interuenit ꝓcurator, vt l. pe. §. ad
crimẽ. de publi. iudi. Sol. ille §. loquit qñ ex crimine venit impo
nẽda pena capitalis, vel alia vſqꝫ ad relegationez excluſiue. Sz
qñ imponit pena minor, põt interuenire ꝓcurator, vt hic, ⁊ l. j. an
ꝑ aliũ cauſe appel. Nec obſt. hic dum dicit, nam ⁊ in capitalib⁹,
⁊c. qr intelligit quod veniebat ad allegandas cauſas abſentie nõ
cauſas cauſe. Et iſte §. diuidit in tres partes, ⁊ loquit in trib⁹
diuerſis caſibus, vt in gl. que eſt clara. Iſtã lect. rephẽdit Iac.
de Rauẽ. Pet. enĩ ſequebatur. Mar. ⁊ l. ⁊ Cy. in l. reos. C. de ac
1 cuſa. dicit ſimpliciter † ꝙ ad crimẽ publici iudicij, quecũque pe
na imponat alia quam pecuniaria, non poteſt interuenire procu
rator. ⁊ hoc probãt primo, per §. ad crimẽ. qui loquit ſimplici
ter. ¶ Secũdo per l. j. an per aliũ cauſe appella. vbi dicitur ꝙ
non põt interuenire ꝓcurator vbi ingerit pena mortis, vel alia
vſqꝫ ad relegationẽ. Nã niſi ſic itelligeres ꝙ dictio, vſqꝫ, pona
tur incluſiue, litera male ſtaret, qr cũ dicit morte, ꝯprehẽdit dã
nationem in metallũ, ⁊ deportationẽ vt l. ſed ⁊ ſi quis. §. rei capi
tali. ff. ſi qs cautio. ſed ad hoc reſpõ. doc. noſtri quod dictio mor
tis, ſtricte intelligit, ſicut in l. trãſigere. C. de trãſactio. ¶ Ter
tio ꝓbat ꝑ l. fi. C. de iniur. vbi ſpeciale eſt in illuſtrib⁹ perſonis,
ergo in alijs eſt ius commune. Sed ad illam reſpondebat Gul.
de Cugn. qr illud quod dicit gl. vbi imponit pena relegationis,
vel minor, intelligit de quacũqꝫ pena priuatiua. Secus ſi impo
nat, vel imponi poſſit pena afflictiua, vt ictus fuſtiũ, vel ſimilis.
¶ Item ꝓbatur per l. ij. C. eodem. ibi, cum rem pecuniariã eſſe
dicas, ⁊c. Secus ergo vbi non eſt cauſa ſeu pena pecuniaria, ſed
certe ꝙ ibi deficit, ſupplet per alias leges. Ad iiũ §. reſpõdet
Iacob. de Rauẽ. ⁊ eius ſequaces, ꝙ loquit textus in vno caſu
ſcilicet in eo qui venit ad allegãdas cauſas abſentie. ſed iſta lec.
nõ eſt vera. ꝙ apparet ex tex. qui dicit hec verba, faciẽtẽ ꝓ eo,
⁊ innocẽtiaz excuſantẽ. Loquit ergo de eo q allegat cauſas cau
ſe. ⁊ excuſat innocẽtiã, nõ allegat cauſas abſentie. Unde omnes
cõmuniter tenẽt opi. gl. noſtre. Ego cauſa diſputationis teneo
opi. Iac. de Rauẽ. quod etiã vbi imponit pena relegationis nõ
poteſt interuenire ꝓcurator. ⁊ ſic in d. l. j. an per aliũ cauſe app.
dictio vſqꝫ, ponitur incluſiue, quod ꝓbo ꝑ caſum l. fin. de iniur.
ꝯiuncta l. fi. C. de iniur. Nam in crimine iniuriarũ imponit pe
na relegationis, ⁊ tñ non põt interuenire ꝓcurator niſi in illu
ſtrib⁹ ꝑſonis, vt in d. l. fi. C. de iniur. Et ſi tu dicis, lz poſſit impo
ni pena relegationis, verum eſt tamen aliam etiam imponi, ſcili
cet fuſtigationis, ⁊ propter dubiũ non admittit ꝓcurator. dico
ꝙ hoc eſt falſum: qr illuſtribus non poteſt imponi talis pena vt
2 l. moris. §. iſte fere. ff. de penis. ⁊ nõ eſt ꝯſuetudo. ⁊ in iſtis † penis
arbitrarijs illud videt eſſe certũ ꝙ eſt vſitatuz, vt habuiſtis no
tatũ ſ. de his q no. infa. in l. quid ergo. §. pena grauior. Et ſi di
ceres, ex cauſa põt pena augeri: iſtud nõ ſufficeret, qr ſcdm hoc
nullo caſu admitteret vnquã ꝓcurator, cũ ſemper poſſit augeri
pena. ꝙ falſuz eſt. Nõ obſt. iſte §. qr eũ intelligo tertio modo ali
ter quam gl. ⁊ Iac. de Rauẽ. quod hic nõ loquat in procurato
re ſed in defenſore ſine mãdato, ⁊ loquit hic in omni genere cau
ſarum de mũdo, ſiue pecuniaria ſiue capitali, ſiue cõtineat penã
relegationis, vel aliam vbicũqꝫ abſens põt dãnari. Nã etiaz in
crimine capitali qñque abſens poteſt damnari, vt plene dixi in
3 d. §. ad crimen. Dico ergo ꝙ iſte §. h. d. † Ubicũqꝫ põt ferri ſen
tẽtia in abſentẽ, quecũqꝫ ſit cauſa, quilibet admittitur, etiã ſine
mandato ad oſtendendũ de eius innocentia. Hoc ꝙ dixi ꝙ lo
quat de eo q venit ſine mãdato, ꝙ apparet dum dicit, quibuſcũ
que defendi. q. d. nõ curo, ⁊ cum mandato, vel ſine. in fi. ibi, quam
uis verba ꝓ eo faciente, ⁊c. q. d. non curo quis ſit cum mãdato,
vel ſine, ſiue maſculus vł femina, ſeruus vel liber cõiũcta perſo
4 na vel non ꝯiuncta. Probo iſtam lectu. primo, † qr etiam nemi
ne hoc faciẽte iudex debet, ⁊ poteſt hoc ex officio ſuo, vt in auth.
qui ſemel. C. quomodo ⁊ qñ iudex. ibi, ⁊ perquiſita veritate. ⁊
l. ampliorẽ. §. pen. de appel. licet gl. ibi ſpeciale eſſe dicat in cau
ſa appellationis, quod nõ eſt verũ, ſed hoc ibi eſt ſpeciale quod
in cauſa appellationis poteſt ferri ſentẽtia lite non cõte. ⁊ ideo
iudex inquirit veritatem pro abſente. Si igitur poteſt ſuo offi
cio, multomagis quouis veniente, ⁊ de innocẽtia docẽte, ⁊ iſtud
videtur tenere Inn. ca. veniẽs. extra de accuſa. Sed dices quo
5 modo † qr dixiſti procuratorem nõ poſſe interuenire, vbi impo
nitur pena relegationis, ⁊ modo dicis quemlibet admitti? Rñ.
quẽlibet admitti ad innocentiam excuſandam, non ꝙ poſſit fa
cere aliquid per ꝙ abſenti preiudicetur, ⁊ ideo nõ admittitur
vt procurator, qui nocet ⁊ prodeſt domino ſuo, vt l. non ſolũ. ff. e.
6 ſed tãquam quilibet ad informandũ iudicẽ. Uides ergo † ꝙ vbi
imponitur pena pecuniaria, admittit procurator, ſz qr iudices
b nolunt communiter procuratores admittere[b], dicũt, volumus
ꝙ veniat principalis, qui melius nouit veritatem. per l. fi. C. eo.
⁊ ꝙ dixi in l. fi. actor. ſ. eod. Sed cõtra hoc dabat remediũ Iac.
But. ꝙ fiat inſtrumentũ procuratorium limitatũ ad ſic reſpon
dendũ, ex quo apparet procuratorẽ inſtructuz eſſe de veritate,
ſed vt puto hoc nõ ſufficeret, qr veritas colligitur ex aſpectu, vt
l. de minore. §. tormẽta. ff. de queſtio. Ad iſtud autem non poteſt
conſtitui procurator, nec poteſt cognoſci per iudicem, niſi inſpi
ciatur perſona principalis. Unde erit in arbitrio iudicis an fa
ciat comparere principalem, vel nõ. ¶ Ultimo no. gl. que dicit,
admittitur quilibet, ⁊c. ſcilicet minor ⁊ femina, De iſtius excuſa
7 tionis effectu dixi plene in d. §. ad crimen. ¶ † Quero quid rele
uet iſta excuſatio? Reſpon. poſtquam conſtat iudici de impedi
mento, proceſſus factus cõtra abſentem non cõtumacem eſt ipſo
iure null⁹. Dixi vobis in l. ij. §. ſi quis in iudicio. ſi quis cautio
nib. ⁊ no. in l. queſitum. de re iud. Reliqua dixi in d. §. ad crimẽ.
vbi vide pleniſſime multas alias queſtiões, que poſſunt hic ſub
iungi, ſed non expedit, quia ibi plene ſcripſi.

### ADDITIONES.

a POM. ¶ Ad crimen. Limita vt per Fely. c. cum M. ad fin. de
conſtitu.
b ALEX. ¶ Admittere. Bal. hic tz ꝯ Bar. ⁊ etiã Pet. de Anch.
⁊ Iac. But. in l. fi. C. e. ⁊ videtur caſus pro eis in c. j. de iud. in vj.
niſi appareat ſpecifice ſecũdũ eos, ꝙ melius ſit informat⁹ prin
cipalis, vel opus ſit tortura vigore indiciorum. Cy. tamen in l.
reos. C. de accu. tenet opi. Bar. hic. Et vide Bar. in l. ij. §. defen
di. quib. ex cau. in poſ. eat. Adde an in criminalib. admittat pro
curator. Bal. conſi. cvj. li. j. quod pulchre voluit Pet. de Anch.
conſi. cclxxiij. ⁊ adde quod Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de iu
ra. calum. §. ſequitur. in vlt. addi. refert Guid. de Suza. dicere,
quod veniens ad allegãdas cauſas abſentie, debet iurare quod
illas non allegat cauſa calumnie. ⁊ ibi vide aliam queſtio.

1 Cautio de defendendo dominum in cauſa reconuentionis an
peti poſſit a procuratore, ſi ille, contra quẽ ago non vult ſtatim
me reconuenire.
2 Procurator non tenetur dominum defendere, niſi arbitrio bo
ni viri.
3 Procurator conſtitutus ad agendũ tantum cum dictione rata
tiua, non tenetur dominum defendere, ſecus ſi eſſet ſimpliciter
conſtitutus ad agendum.
4 Procurator actoris ſatiſdat de rato, quando eſt dubiũ de man
dato.

a §. **Ait pretor.** [a] Iuriſconſultus volẽs dicere de effe
ctu mãdati ꝓcuratoris, dixit primo
de procuratore rei, ꝓ quo dñs ſatiſdedit, in l. fili⁹. §. fin. vſqꝫ hic,
licet incidenter multa dixit de procuratore actoris, nũc ꝓncipa
liter intendit dicere de mandato ꝓcuratoris actoris, ⁊ hoc, pro
ſequitur vſqꝫ ad l. Pomponius. ¶ Et primo ponit edictum, ꝙ
habet duo capita. Primum de defenſione, ſecundum de cautiõe
de rato. Primum caput exponitur vſqꝫ ad l. non ſolum. §. j. vbi
1 incipit expoſitio ſecũdi capitis. vſqꝫ ad l. Põpon⁹. ¶ † Que
ro quid ſi ille, cõtra quẽ agitur nõ vult ſtatim recõuenire, vtrũ
poſſit petere a procuratore cautionez, de defendẽdo dominũ in
cauſa recõuẽtionis? Gl. ꝙ ſic, per l. ⁊ ideo §. fi. rerum amo. niſi
in caſu l. mutus. vt in gl. Ultramon. dicũt contrarium, vt refert
Cy. in l. actionem. C. eo. qr nulla lege cauet de cautione de defen
dendo, ⁊ l. ⁊ ideo. §. fi. loquit de cautione, iudicatũ ſolui, quã pre
ſtat procurator actoris recõuentus, ſicut quilibet ꝓcurator rei.
Pro hoc, facit ꝙ no. gl. ff. eo. l. ſed ⁊ he § defendere. Preterea ſe
queret inconueniẽs. Pone ꝙ vnus de terra iſta mittit ꝓcura
torẽ in Frãciã, ſi deberet ſatiſdare in cauſa recõuentionis, for
te ille cõuentus diceret ſe velle petere magnam quantitatẽ, ⁊ ſic
nõ reperiret fideiuſſorem quod eſſet iniquum. tene gl. per legez
primam. C. de ſatiſ. vbi eſt tex. niſi cauillet. Preterea, ſi teneret
defendere qñ peteret ergo tenetur ſatiſdare de defendẽdo, vt l.
in omnibus. ſ. de iu. Nõ ob. inconueniẽs ꝙ ipſi dicũt, qr pretor

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

hic dicit, boni viri arbitratu defendat. Si ergo pretoꝛ vl' iudex
viderit equũ non eſſe, nõ coget eum ad cautionem. Et per hoc
tollitur cauillatio quoꝛundã, qui dicũt, intendo recõuenire dominũ
in cã capitali, in illa non potes eũ defendere, ergo audiri
2 non debes, † qꝛ procuratoꝛ non tenetur eum defendere, niſi arbitratu
boni viri, qui non arbitraret eũ defendi, niſi in caſu, in
3 quo lex permittit, arg. l. vir bonus. j. iudi. ſol. Et ꝑ iſtũ tex. põt
dici ꝙ † ſi qs haberet mandatũ ad agendũ tm̃, appoſita iſta dictione
b taxatiua[b] ꝙ talis ꝓcuratoꝛ nõ deberet audiri. Nã de in
re tenet ẽt eum defendere, vt hic, ꝙ nõ põt quaſi pꝛohibitus a
dño, ergo nõ audiatur, vt l. mutus. §. pena. j. e. Sꝫ ſi eſſet factus
pꝛocuratoꝛ ad agendũ, nec eſſet appoſita dictio taxatiua tm̃, ꝓcedit
mandatum: nam tacite videtur mandatum de defendendo
a lege ſic ſubintellectũ, vt hic, ⁊ j. e. l. ad rẽ. ⁊ l. ad legatũ. qđ no.
per gl. in l. ſi defunctus. §. fi. in gl. j. ſ. e. Sꝫ qđ ſi fieret ꝓcuratoꝛ
ad defendendũ tm̃. Vide extra eo. c. cõſtitutus. vbi tex. ⁊ glo. ⁊
4 plenius p Inn. ibidẽ. ¶ † Ad fm̃ dꝛ hic ꝙ pꝛocuratoꝛ actoꝛis
cauet de rato, vtrũ hoc ſit verũ ſimpl'r, dt glo. ꝙ non, ſꝫ ita demũ,
ſi eſt dubiũ de mandato, vt l. j C. eo. Quod eſt verũ, qꝛ qñ đ
mandato ꝯſtat, bonus vir nõ arbitraret cũ ſatiſdare deberet, ⁊
iſta cautio dꝫ p̃ſtari arbitratu boni viri, vt l. nõ ſolum. §. fi. j. eo.

### ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ait pretoꝛ. Adde Bar. in l. inuitus. C. e. ⁊ Bal. in d.
l. ſed ⁊ he. §. fi. ⁊ Spe. in tit. de pꝛocu. §. j. ver. item excipit. Facit
tex. in l. j. in ver. quaſi pꝛocuratoꝛ. C. de ſatiſdan.
b P. PAV. P. ¶ Taxatiua. Vide Alexan. in l. j. in pñ. j. ſi quis ius
dicenti nõ obtemp. Sed vide latius in l. actionẽ. C. de pꝛocu.

1 ☞ Pꝛocuratoꝛ in rem ſuã ex neceſſitate dr, cui ſunt adiudicata
bona iudicio famil. erciſc. vel nomina debitoꝛum adiudicata,
⁊ ex perſona ſua vtitur exceptionibus, ⁊ replicationibus.

**§. Equum.** Hic incipit Iuriſcõſultus exponere verba
edicti, ⁊ pꝛimo exponit ibi, cuius noĩe
qs, ⁊c. ⁊ bꝛeuiter hoc intendit. Simplex pꝛocuratoꝛ itẽ pꝛocuratoꝛ
in rẽ ſuam nõ factus ex neceſſitate, nec ex cã oneroſa, nec
fraudulẽta tenet defendere in cã recõuentionis. h. d. ¶ Pꝛimo
quero qñ dicat pꝛocuratoꝛ in rẽ ſuã factus ex neceſſitate? Gl.
1 ponit exemplum ⁊ ſatis bene, tu rñ. † pone clarius in eo, cui iudicio
fam. erciſ. bona ſunt adiudicata, ⁊ ẽt nomina debitoꝛũ, vt
j. fam. erciſ. l. plane. vel in eo, cui per iudicem exequentẽ nomina
ſunt data in ſolutũ, cum aliud non reperiat, vt C. qñ fiſcus
vel pꝛiuatus. l. j. ⁊ l. a diuo Pio. §. in venditione. ⁊ §. itẽ quid dicemus.
j. de re iudi. ¶ Et no. ꝙ iſte pꝛocuratoꝛ in rẽ ſuã ex neceſſitate
põt vti exceptionib. ⁊ replicationib. ex pſona ſua. l. idẽ
que. §. generaliter. j. man. ⁊ l. pꝛocuratoꝛ ad exhib. §. j. j. rem ra.
hab. ⁊ l. ſed ⁊ ſi. §. item ſi rem. de peti. here.

### LEX XXXIIII.

1 ☞ Pꝛocuratoꝛ in rem ſuam, licet agat nomine pꝛocuratoꝛio,
tamen concludendo dꝫ dicere, Peto te condemnari mihi dicto
nomine ad dandum, ⁊ ſoluendũ mihi, ⁊ pꝛo mea vtilitate, ⁊ hoc
quando intentat directas, ſecus ſi vtiles.
2 Pꝛocuratoꝛ in rem ſuam intentans vtiles, an teneat defendere
cedentem in cauſa reconuentionis.
3 Pꝛocuratoꝛi in rem ſuam in caſibus, in quibus non tenet dñm
defendere, poteſt obijci exceptio compenſationis.

a **SI quis in rem.**[a] Vides qđ pꝛocuratoꝛ
1 in rẽ ſuã agit † ꝓcuratoꝛio nomine, ⁊ idem in l. plane. fam. erciſc. qđ eſt
verum in narratione, ſed in effectu concluſionis concludit
ſibi, vt puta, Peto te condẽnari mihi dicto noĩe ad dandum,
⁊ ſoluendum mihi, ⁊ pꝛo mea vtilitate, vt hic ⁊ l. q ſtipendia.
C. de pꝛocu. Facit ſ. eo. l. ſi pꝛocuratoꝛ. Et hoc eſt verũ qñ
intẽtat directas actiones. Sed ſi intẽtaret vtiles, ageret noĩe
2 ſuo, vt glo. dicit, ⁊ bene. ¶ † Sed tunc quero qñ intẽtat vtiles,
an teneat defendere cedentem in cã reconuentionis? Glo. videtur
dicere quod non, qꝛ tũc non agit alieno nomine, ⁊ ſic ceſſant
verba edicti. Contra hoc facit l. non ſolum. §. ſed interdũ. j. eo.
Gl. nõ rñdet. Dic qđ licet ibi videatur agere ſuo nomine, agit
tamen ad alienum commodum, hic vero agit ſuo nomine, ⁊ ad
ſuum commodum intentando vtiles. ¶ Querit gloſſ. qñ fiat
fraus, de qua hic loquitur? Reſpondet, ⁊ bene, qđ vterqꝫ fraudem
participauit. Alias enim dolus vnius nõ pꝛeiudicaret alteri,
3 vt l. eleganter. §. ſi dolo. j. de dolo. ¶ † Vltimo querit glo.
in caſibus, in quibus pꝛocuratoꝛ in rem ſuam non tenet defendere
b an poſſit ſibi obijci exceptio cõpenſationis[b] ex perſona cedentis?
⁊ non rñdet. Vide gl. in fi. dicit Dy. determinando qđ
poſſit opponi exceptio compenſationis quia eſt in rem, vt extra
de reg. iur. c. ſi quis in ius. lib. vj. in vlti. queſt. Mart. Sil.
contra, tamen doct. ſequuntur Dyn. de compenſationib. l. eius.
Dic vt ibi.

### ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis in rẽ. Et adde qđ appellatione pꝛocuratoris
pꝛopꝛie nõ venit ꝓcuratoꝛ in rẽ ſuã, ſm glo. in l. j. in pꝛin. ſ.
eo. Idem in coniuncta perſona, ſm gl. in l. ſed ⁊ he. in pñ. j. eod.
no. Bar. in l. iij. §. j. j. iu. ſol. per illum tex. ⁊ pꝛo p̃mo dicto, optime
facit tex. in l. que omnia. ver. plane. ſ. e. vbi pꝛocuratoꝛ quis
factus nõ pꝛeſumit in rem ſuam, niſi pꝛobetur. Et dixit Bal. in
l. j. ſ. eo. per glo. ibi qđ ẽt ſi ceſſionarius cedat alteri, dꝛ ꝓcuratoꝛ
in rẽ ſuã, ſcđs ceſſionarius. l. ex aſſe. j. ad Trebel. Adde qđ
no. Mod. in l. qui ſuſpectum. de appel. ⁊ Bal. in d. l. q ſtipendia.
expꝛeſſe dt Bal. in l. j. in q. v. C. de actio. ⁊ obli. qđ ſi ſtatutũ faciat
mentionem de ꝓcuratoꝛe, non intelligitur de pꝛocuratoꝛe
in rem ſuam, qđ no. alle. no. in l. j. ſ. eo. in pꝛincip. Adde pulchꝛe
Ang. conſi. ccxiij. vbi concoꝛ. opi. Mar. ⁊ Dy.
b P. PAV. P. ¶ Exceptio cõpenſationis. Et ꝙ ceſſionario obijci
poſſit exceptio ꝯpenſationis, ⁊ ẽt de alijs compenſationibus.
Vide Are. ꝯſil. xcv. vide ad Bar. in l. apud Celſũ. §. ſi cũ legitima.
de exce. vide oĩno Ang. ꝯſi. cclix. in j. dub. in c. quedã
Ant. vbi ſingulariter diſtinguit, ꝙ ſi cepit ceſſionarius agere
anteꝙ̃ ſit oppoſita, tunc põt opponi: ſecus ſi ante, ſicut dꝛ đ ſol.
l. iiij. C. de noua. vbi ẽt habes de hoc ⁊ de exceptione ꝯpenſationis,
ꝙ poſſit opponi ceſſionario, ⁊ qđ ex hoc poſſit ceſſionarius
agere contra cedentem, tanꝙ̃ ex facto ſuo ſit impeditus agere,
vide Bal. in l. qui duos. in pꝛin. de leg. ij.

### LEX XXXV.

1 ☞ Coniuncta pſona pꝛo minoꝛe xxv. an. admittit ad agendum.

a **SEd ⁊ he.**[a] Qui agit pꝛo alio, vt cõiuncta perſona,
tenet in cã reconuentionis defendere.
h. d. No. hic perſonas coniunctas que poſſunt
b agere ſine mãdato.[b] Quero vtrũ ſint alie perſone?
gl. dt ꝙ ſic, qꝛ ſunt omnes q̃ enumerant in l. j. §. fi. cũ l. ſeq. ſ.
c de poſtu. ⁊ bene ¶ Quero vſqꝫ[c] ad quẽ gradum † dicant ꝯiuncte
1 perſone.[d] Gul. tãgit hic. Inn. in c. nonnulli. circa fi. de reſcr.
d videt dicere ꝙ ſint ꝯiuncte omnes vſqꝫ ad illũ gradum, in quo
ad ſucceſſionẽ vocarent, ego tetigi j. de accu. l. j. ¶ Quero qđ de
coniunctis, non tñ legitimis, vt de naturalib⁹ ⁊ ſpurijs? Inno.
2 tractat in d. c. nonnulli ⁊ ego in l. j. de accuſa. ¶ † Quero vtrũ
pꝛo minoꝛe xxv. ann. admittat ad agendum coniuncta perſona?
Glo. videtur velle ꝙ ſic, in l. tutoꝛes. in pꝛin. j. de admi. tuto. ⁊ l.
ſi actoꝛ. C. de app. ſi bene inſpiciatur. Cyn. tangit in l. exigẽdi. C.
hoc titu.

### ADDITIONES.

a POM. ¶ Sed ⁊ he. No. intelligentiã, qñ ſunt coniuncti rõne
ſanguinis, ſecus ſi alio modo, gl. ⁊ ibi Pan. ⁊ in c. cũ M. Ferra.
de conſtit. ⁊ ibi Mod. Item limita, niſi coniuncta perſona vult
agere contra aliã eque ꝯiunctã. Ita Salx. ⁊ Mod. in l. exigendi.
C. eo. titu. ¶ P. PAV. P. Circa iſtã materiam adde, ꝙ aliqua
cõiuncta pſona faceret aliquid vt ꝓcuratoꝛ, ⁊ re vera nõ eẽt ꝓcuratoꝛ
non ſuſtineret tanꝙ̃ factũ per ꝯiunctam perſonã. vide
omnino Fel. in c. nõnulli. §. ſunt ⁊ alij in ij. limi. pꝛime partis
extra de reſcr. vbi late de hoc, ⁊ alijs in materia. Ro. ꝯſi. cccxlvj.
⁊ in ſimili conſi. ccccxcvj. ⁊ habes in Bertachi. in ver. iudex. ⁊ circa
hãc materiã vide Ro. ſin. ccxxvij. incip. ⁊ illã l. patri. vbi ponit
vnũ caſum, in quo põt cõiunctus recipere ſolutionẽ. Itẽ in
ſpiritualibus ꝙ cõiunct⁹ ꝓ coniuncto admittat vide Ro. ſing.
dcxlj. inci. tu audiuiſti. Itẽ an iſta materia hẽat locũ in cõiunctione
ſpirituali? vide Fel. in c. cũ M. de conſt. Itẽ an admittatur
alie perſone, vltra hic enumeratas, vide Pan. in c. nõnulli.
ad fi. extra de reſcr. Itẽ no. ꝙ ſpurij nõ admittant. qꝛ ꝓpinquorum
nomine non gaudent. vide Ang. conſi. ccvij. inci. ſuper puncto
predicto. Item no. ꝙ ad hoc vt coniunctus pꝛo coniuncto
admittat, requirit ꝙ ſit coniunctus ex linea aſcendentiũ, vl' deſcendentium,
nec ſufficit trãſuerſalis Ang. conſi. cx. incip. viſis
ꝓceſſib. ꝓncipij cauſe. Item vide in contrariũ Alex. conſi. iiij. in
ij. vol. Itẽ no. ꝙ coniunctus nunꝙ̃ admittit pꝛo coniuncto, vbi
coniunctus reliquit pꝛocuratoꝛem. vide Ang. cõſil. cccxxij. ⁊
vbi requiritur ſpeciale mandatum, an admittatur, vide Dec.
in c. cum M. Ferra. extra de conſti. Item quando ſunt plures
coniuncti, qui potius admittantur, vide Alexã. conſil. iiij. in ij.
vol. vbi ponit etiam de nõnullis alijs, not. tamen quod vbi coniunctus
admittitur, non pꝛeiudicat tamen cõiuncto, niſi ipſe ratificet.
l. iij. §. ſed ſi foꝛte. j. iud. ſol. Item an ⁊ quando coniunctus
pꝛo cõiuncto poſſit cõſtituere pꝛocuratoꝛẽ, vide Ro. cõſi.
ccxlj. vide Dec. in c. intelleximus. alia adducentem. nũquid aũt
cõiũcta pſona poſſit ꝓteſtari, vide Fel. in c. cũ M. Ferra. extra
de cõſti. Nũquid aũt, ⁊ ſine mãdato poſſit agi pꝛo dãnis datis
homini, vide Fel. in c. auditis. extra de p̃ſcr. vide ẽt de materia
iſta Mod. late in l. exigẽdi. C. de pꝛocu. Bertach. in ver. cõiuncta
perſona. Item ad illud qđ dictum eſt ſ. qđ ſi coniunct⁹ faciat
actum

